



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Mortui veneratio. 73

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 149

trum iuuenúmque comprecan-
tium lacrimas, animam lenissi-
mè exhalauit: anno post Chri-
sti natalem Millesimo Sexcente-
fimo vndetrigesimo; mense, què
B. Virginis tutela insignem, ipse
sibi elegerat: ceterà, in flore a-
dolescentiæ; quippe qui annum
septimum decimum, mensibus
vix quatuor excefferit. Sæculo
digna indoles, nisi cælo dignio-
rem æternitas asseruisset.

LXXIII. Mortui veneratio.

AB hoc eius excessu, qui ani-
morum motus apud morta-
les multos extiterint, vel otioso
longum fit memorare. Fuere,
qui vel audito Vbaldini nomi-
ne, ad desitum pietatis feruorem
excitari se confiterentur. Aliqui
crinium pilos ab amisso sodali;

aliqui vnguium præsegmina fi-
 bi deponere : multi lacinias è
 veste rescindere ; multi annulos
 de cinguli ferro , aut nodos de
 flagello, quibus viuens in se sæ-
 uierat, surripere (quis enim po-
 puli studijs moderaretur?) alij
 aliud, quod quisque potuit, ab
 illo spoliū optare. Et iuuabit,
 cuiusdam ex Vbaldini necessa-
 rijs, postulata cognosse: qui pre-
 catus, vt commilitonis sui *spiri-*
tum nancisceretur, sensit haud
 multo pòst, insolitis caloribus
 ardere se se, & maiori quàm an-
 tè impetu ad cælestium rerum
 amores incitari. Neque hæc de
 Vbaldino iudicia, Seminarij li-
 mitibus circumscripta mox elã-
 guerunt; Sed multos vrbe tota,
 neque nullos per reliquum Ita-
 liæ, par opinio in virtutis admi-
 ratio-

VBALDINI. 151

rationem venerationemque ad-
duxit.

LXXIV. Exequiæ.

EX anime corpus, veste, quàm
tiro Societatis induerat, te-
ctum, inq; feretro decenter com-
positum, siml aulæ per amplæ
illatum est, subiere adolescen-
tes, nobili genere, amplius cen-
tum; atque officium defuncto
præstandum, priuatis exsequijs
& effusis lacrimis piè soluerunt.
Secutæ mox laudes, quas à se
quisque, iniustas, eoque veriores,
non parcè in Vbaldinum con-
gessere. Has excepit hortatio:
qua Seminarij Rector, dum cõ-
pertas virtutes, apud earum te-
stes oculatos prædicabat, tantos
conciuit animorum motus, vt
ordine deinceps omnes ad ia-
centem, ceu spiraret adhuc sen-